

A conclusionis secunda propositio extrinsecus a sua priori dependet: quæ (vt paulo ante protulimus) ab extraneo vim habere videtur. Non igitur verû cõmuniter esse, quâvis declaratione ex verbis res intimas significatibus semper fieri. Nam etsi nonnulla pars declarationis ab intrinsecis sit, maiori tamen ex parte ab intrinsecis cõstituitur: quod ab axiomate, hoc est, pronuntiato, vel (vt dialectici dicunt) dignitate, aut saltè ab aliqua extranea dictione depêdet. Qui ergo sanctû spm̄ ex filioq; procedere dicit, is symbolû forsan declarat, eidè nihilominus quicq; dubio procul videt apponere. Talis igitur declaratio, additio est. Præterea verbû, ex filioq; augmêto vel rei auctæ diuersa ratione simile est. Nã augmêtatio (vt Aristoteles inquit) ita fit ab extraneo, vt id simile eè oporteat. Nã vt vestro vtat exêplo, tametsi nutrimentû extraneû sit, id tñ simile esse necesse est. Quoduis em̄, quod alitur, a suo simili nutrit. Ergo cû additio duas habeat in sese rationes, alterâ quidè vt ab extrinsecis, alteram vero vt ex similibus fiat: additio, ex filioq; vtrâq; ratione habere videtur. Intrinseca nãq; similisq; iuxta vos est, q; rē eandē significat. Extrinseca vero atq; dissimilis, tû q; dicitio extranea atq; dissimilis est: tû etiã q; extrinsecus & dignitate quadam probatur ac ab ipsa (vt est supra dictum) depêdet. Cum igitur, ex filioq; additio sit, & additiones fieri constet vetitum esse, sequitur particulam ipsam, prohibitam esse: quamuis forsan declaratio sit. Sed de syllogismo hæctenus. Porro aut reliquis argumētis, qbus eandē ipsam primâ propositionem confirmastis, perpetua oratione responderemus, nisi eisdem ipsis ad secundam partem probandam vñ fueritis. Ne igitur eadem bis repetamus, ad eam nunc veniamus, simulq; vestras ipsas rōnes soluamus. Quã quidè secundâ partē, scilicet fas esse symbolo declarationes apponere, quatuor rōnibus probasse videmini. Primo, cunctarū synodorum, exemplo, q; noitram fidē declarauerāt, qbusdã deinde pronuntiationibus a symbolo differentiibus. Tertio, principiorū scientiarū exemplo, q; quidè principia videtur in sese ea oia potestate includere, q; in eisdem tractatur scientijs. Postremo, q; qm̄ vna eademq; dignitate semper ecclesiã fulgere necesse est, idcirco eandē facultatē ecclesiã ipsam semper habere oporteat: Hæc vos. Ipsi aut credimus, patres amp. nunq; licuisse, neq; fore, vt liceat, vt diuersum dogma intrinsecis verisq; rationibus declaretur. Quæ vero a nostræ fidei principijs cõtinentur, ea solû lucidiora reddere, nobis fas esse. Nã maioribus nostris nō solû declarandi, verietiam declarationes suas diuino symbolo addendi, summa facultas fuisse creditur. Quæ deinde vetita fuerat, ne cui symbolo quicq; addere liceret: declarandi tamē potestas in dei ecclesiã permanerat, semperq; manebit. Nã duo illa prima generalia cõcilia, maxima dignitate facultatēq; p̄dita fuerāt. Postea vero, qm̄ nonnulli impñ symbolû sæpe mutando, peruersaq; dogmata nō sine maxima Christicolarū perniciē ingerendo, ea facultate abutebantur: idcirco tertia synodus videns facultatē eiusmodi perniciē potius q; cõmodo mortalibus esse foreq; ita symbolû obsignauit, vt nemo ei quicq; addere posset, q; ex eo nullû prorsus incõmodû Chřianis accidere. Quoniam obsecro pacto id ipsis contingere poterit, cû eadē ipsa profiteantur, quæ diuinitates docuerāt: Aut quis Chřianus, q; compos mētis fuerit, ipsoꝝ patrum decreta imperfectionis incusauerit? Contrâ ex facultate mutandi symboli, perniciēs magna profecto cõsequeretur, data quãdoq; mutandos; verboꝝ occasione. An aut tertia synodus interdixerit, literis multis, p̄sertim beati Cyrilli ad Acatium Melitenensem p̄sum scrip̄tis, apparet. Sancta (inquit) synodus Ep̄hesi celebrata, necessario prouidit, vt alia fidei expositio dei ecclesijs neutiq; ingereretur: præter eam, quã beatissimi patres nostri sancto afflati sp̄i definerāt. In quibus quidè literis multa notatu digna videntur. Sed tria tantû (si lubet) perpendamus. Primû, tertiam synodû primâ inhibuisse, quod verbum prouidit, significat. Deinde, verbû, necessario. Postremû, aliam fidei expositionē fuisse vetitâ. Præterea memoria dignû est, ab vniuersali ecclesiã interdictû fuisse, quod hæc verba significant, vt dei ecclesijs non ingereretur. Quæ omnia, patres amp. consideramus, oportet, p̄sertim quod ex primo sequi videtur. Constat enī tertiam synodû primâ quippiam vetuisse, duas vero priores iam pridè interdixisse, ne quis contraria dogmata proderet. Ergo sequitur, synodû ipsam aliud ab eo, quod iã vetitâ fuerat, prohibuisse. Quod ipsi credimus esse, ne verboꝝ mutatio vel additio symbolo fieret. Quod quidè decretû ab vniuersali ecclesiã (vt supra dictû) factû fuerat: quippe q; nō qd hic vel ille profiteretur, sed ne quod communiter in ecclesijs celebraretur, & in quo baptizemur,